

S. Prosper. Agnoscimus in eis sermonem.

EXPOSITIO VI.

120. Interlin. Tuptebant omnes; de cordis stupore interpretatur...

Syrus. Verf. 8. Et quomodo nos audivimus, Syriacus habet...

Act. 2. 9. Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Mesopotamiam...

VERSIONES.

Syrus n. 9. Qui habitant inter fluvios, Æthiopic, Medium fluminum...

EXPOSITIO VII.

122. Verf. 9. Arthi incolæ sunt apud Asiam Scythicam, grandes Romanorum inimici...

123. Medi Habitatores latissimæ Regionis Asiæ, nomen eis sic inditum à suo Authore...

Scriptura Sacra univcrsas sæpè Media nomine vocat. Ælamitæ ait Pamelius in Tertullian...

125. Gen. 11. Qui habitant Mesopotamiam, Mesopotamia deducitur à nomine Syriaco...

126. Iudæam, est pars Palestinæ inter fluvium Euphratem, & mare Ægyptium...

127. Pontum De quo sic scribit D. Hieronymus, de locis Hebraicis: Regio est multarum gentium...

128. Verf. 10. Phrygiam, & Pamphylia. Sunt duæ Regiones in Asia Minori: Ægyptum, est notissima Regio Asiæ Majoris...

129. Verf. 1. Iudæi quoque: Lyranus, & Caietanus intelligunt illos, qui erant ex tribu Iuda...

130. Profelyti. Vox est græca, & idem valet, ac Advenæ, seu adventitij...

131. Cretes, Creta Insula est, quæ nunc Candia nuncupatur,

QUÆSTIO XV.

Quare isti maligni dicunt Apostolos ebrios per contumeliam, cum diverso, & altiori sensu à Divino spiritu dicantur ebrii?

Ebrietas dupliciter sumitur in Scriptura, ut docet notat Mendoca rom. 1. in cap. 1. Regum...

Per contumeliam dicunt Iudæi de Sacris Apostolis Ebrii sunt isti. D. Cyrill. Hierosolym. Cateches. 17. Verè dicunt Iudæi; sed irridendo...

Inter Ebrietatem corporalem, & spiritualem multæ sunt differentiæ. Primò D. Cyrillus cit. ait Ebrietas spiritualis omnino contraria corporea ebrietati...

At vero Ebrietas spiritualis valde est in opposito genere; sicut enim Ebrius vino est incarnatus Diabolus, & totus se præcipitat in terram...

Primò; Ebrietas corporalis privat hominem à mente sua naturali, ingerit in eo oblivionem omnium temporalium; & veluti insensibiles redduntur...

Secundò Inebriamini Philo Carpatius intelligit Sanctos Martyres, qui ita Dei gratia erant fortes, ac constantes in martyrio...

D. Hier. patur, mare undique cingitur, centum oppidis illustissima, & ideo à nomine græco, quod centenarium dicit, Creta appellatur...

132. Arabes, hoc est ex Arabia, quæ ob sui amplitudinem triplex est, una, quæ dicitur Petra ab ejus principali urbe sic dicta...

D. Lucas in his nationibus non servavit ordinem; nam ponit Crete, & Arabes, qui valde remoti sunt à Cretenisibus...

Act. 2. 9. 12. Stupebant autem omnes, & mirabantur ad invicem dicentes, quidnam vult hoc esse.

N. 13. Alii autem irridebant dicentes, quia multo pleni sunt isti.

VERSIONES.

Syrus n. 12. Admirantes erant omnes, & obstupescébant cum diceret unus ad unum: cujus est hæc voluntas.

Arabicus. Quid fortassis est hoc? Figurina. Hæsitabant omnes.

Ætiop. Conturbati sunt omnes, & hæsitaverunt, quid dicerent, & disputaverunt.

Syrus Regius. Quid hoc res est? Syrus n. 13. Isti multum biberunt, & inebriati sunt.

Arabicus. Homines autem alii deriserunt eos, & c. Sanè isti multo remulenti sunt.

D. Chrysof. Subsannabant eos. Arias. Cavillantes eos.

D. August. Multo onerati sunt isti. Aliqui. Uva dulci pleni erant isti.

EXPOSITIO VIII.

134. Verf. 12. Tuptebant autem omnes, & mirabantur Tigurina, Arabicus hæsitabant. Dobirabant tanquam inopes consilii...

135. Verf. 13. Alii autem irridebant. D. Chrysof. subsannabant, & forte hi erant scribæ, & Pharisæi, qui sicut crudeli odio ferebantur in Christum...

Syrus. Arabicus. pleni sunt isti. Syrus Inebriati sunt, Arabicus remulenti, & dicunt multo, non vino, sed multo, quod est valde turbidum, fœculentum...

